Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0002-1
DFG

1593,2
4

THESES.

# DISPUTATIONIS III. DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIIS.

Quas

D. O. M.

Sub DANIELIS SCHEDII

præſidio

Defendere conabitur

GABRIEL CHEMNITIUS

*Berolinenſis.*

FRANCOFURTI

*Typis Eichornianis.*

ANNO 1593.

40
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0003-7

*Clariſs. Ampliſs. & Conſultiſsimis viris,*

Virtute præcellenti, doctrina erudita, prudentia ſingulari, ſapientia ac dignitate præſtantiſsimis,

Dn.

MATTHIAE CHEMNITIO, V. I. DOCTORI ET CONSILIARIO VII. VIRI BRANDENBVRGICI, DN. PARENTI,

Dn.

NICOLAO CHEMNITIO, DN. PATRVO SVO,

Dn.

MATTHAEO CVNONI. V. I. DOCTORI, PROFESSORI, ET PRO TEMP. DECANO FACVLTATIS IVRIDICÆ in Acad. Francofurtana Spectabili, Dn. Affini, ac Præcept.

*Summâ obſeruantia colendis & honorandis,*

gratitudinis ergò,

has theſium ſuarum primitias

D. D.

*GABRIEL CHEMNITIVS B. filius, Nepos ex fratre, affinis, diſcipulus.*

## DN. GABRIELI CHEMNITIO PARENTIS CLARISSIMI ET LAVDATISSIMI, ORNATISS. FILIO.

*DVm thalami leges, iuuenis lectiſsime, pandis*
*Ipſa Themis thalamum ſpondeat, ipſa Venus;*
*Auguror, ad patrias ita te contendere laudes,*
*Et fora quæ celebrant, ocyus ire vias.*
*Sic tibi vel laurus decernitur, aut ſacra myrtus*
*Perdius & pernox ſi tibi Iuris Amor.*
*Nam quia conſilijs PATER à prudentibus extat,*
*Deq; toris triſtem ſæpius arcet Erin*
*Multaq; vel patriæ confert, aut impiger aulæ,*
*Vendicat & rebus tempora multa ſacris.*
*Auguror hîc, patrium te quærere velle decorem,*
*Par erit in ſimili namq; labore decor.*
*Quære DEI, GABRIEL, adiutus robore, palmam,*
*Quære, ſed haud aliâ, quam tibi ſigno, viâ.*
*Et Venus ornabit, Themis ipſa ſonabit alumnum.*
*Et Pater hâc etiam laude ſuperſtes erit.*
*Pectoris in thalamos Sapientia culta ſubibit,*
*Stabit & ad thalamos Fama beata tuos,*

*Donec ſumma ſimul ſubeamus vincula CHRISTI,*
*Spondet hic, & ſponſum te fore, meq́ ſuum.*

Chriſtophorus Pelargus D.

## ALIVD.

*VIrgineo caſtas cur Phœbus pectore Muſas*
*Ducit, & hunc ſequitur turba pudica ducem?*
*Muſarum caſtos quia ductor poſcit alumnos,*
*Caſtalidasq́ iubet corda pudica ſequi.*
*Mente litas caſta Themidos ſic mitibus aris,*
*CHEMNITI patriæ ſpes, columenq́ domus.*
*Incipis ac curſu celeri florere, revolvens*
*Solerti legum ſedulitate libros.*
*Fortibus aſpirat cœptis Thymbræus Apollo,*
*Pieridesq́ fauent, turba novena, deæ.*
*Alma Themis præſens plauſu tibi iungitur, atq́;*
*Pro caſtis fundit præmia digna focis.*
*Præcipit ac quondam cingi tua tempora Lauro,*
*Quem labor & virtus cum pietate parant.*

HENNINGVS FLORING M.

# De Sponſalibus & Matrimonijs.

CVm Sponſalia initium matrimonio præbere ſoleant, a. eiusq; præparatoria ſint b. atq; præparatoria quæ voluntatem declarant c. primò ſunt, præmittenda non abs re eſſe paucula de illis præfari arbitramur.

A. Br. in l. quæſitum n. 2. ff. d. cond. caus. dat cauſ. non ſec.
B. l. quæſitum d. ſponſ. l. cum hic ſtatus § ſi quis ſponſam de don int. Vir. & Vx. cap. audientiam c. ſicut ex literis c. is quifidem & paſsim de ſponſ. & matr.

C. l. ſi ita quis de V. O. Bl. in l. 1. Ad SC. Maced. l. fin. C. de hær. luſt. in l. apud Celſum in pr. de dol. mal. & met. ex l. ſemper & ibi not. d. R. I.

I.

Dicta ſunt ſponſalia à ſpondendo quia veteribus Romanis in more poſitum fuit futuras ſibi ſtipulari & ſpondere uxores, d. unde & ſponſi ſponſæq; proficiſcitur, appellatio. e.

D. l. 2. de Sponſ. l. 4. C. eod.

E. l. 3. d. t. l. ſponſio 7. & ibi Alc. & Godd, de V. S. Gell. lib. 4. noct. Att. c. 4. Duar. Cuiac. & VVeſenb. in parat. d. ſpons. Plaut. in Trinum.

II.

Suntq; ſponſalia mentio (Hotomannus legit mutua) & repromiſsio futurarum nuptiarum, ritè inter eos quibus iure licet celebrata. f.

In comment iur. ciuil.

F. l. 1. de ſponſ. concor. l. oratio 16. Eod. l. non ſine & ibi Cyn. c. de bon. quæ lib. c. noſtrates 30. q. 5. VVeſ. in par. v. 2.

III.

Faciunt Dd. ſola innixi iuris Canonici authoritate ſponſalia duplicia alia de futuro, alia de præſenti g. De futuro ſunt tractatus de futuris in poſterum nuptijs celebrandis a. De præſenti v. quando de præſentibus nuptijs tractatur & contrahentes per verba de præſenti conſentiunt. Verum nos illa ſponſalia, hæc matrimonium eſſe ex poſteribus iuris Pontificij decretis & conſuetudine affirmare non dubitamus. b.

G. c. pen. & c. 22. d. Sponſ. Schnei. d. ſponſ. Beuſt. eod. c. 7. & 8.

a. l. ſi pœnam de V. O. gl. in l. bonæ de eo quod cert. lo. VVes. in par. de Sponſ. Beuſt. de Sponſ. c. 8.
b. VVes. d. lo. Philip. de coniug. tit. de deſpon. impub. Beuſt. d. c. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0007-9

IV.

*Sponſalia de præſenti rurſus diſtinguunt in publica & clandeſtina. Publica dicuntur quæ in præſentia teſtium palam ſunt contracta.*

Schneid. de ſponſ. n. 20. Ioach. Beuſt. q. did. c. 13.

V.

*Clandeſtina quæ clam id eſt remotis arbitris & nullis adhibitis teſtibus ſunt celebrata:*

Tot. tit. in decretal. de cland. deſpon. ubi Hoſt. poſt gl. in c. cum inhibitio eod. Beuſt. d. c. 13. de ſpons.

VI.

*Et huiusmodi Sponſalia etſi Canones reijciunt & improbant prorſus,* d. *tamen poſtquam contracta iam ſunt, dirimi nihilminus poſſunt,* e. *neq; liberi inde nati pro iniuſtis cenſetur & illegitimis.*

D. t. tot. d. deſp. claud. c. 1. & 2. c. nec illud cum ſeqq. 30. q. 5. Schurff. conſ. 8. n. 4. & 8. cent. 1.

Et VVeſenb. in parat. de rit. nupt. ubi alleg. c. 2. de claud. deſponſ.

e. d. o. nec illud § ſed obiicitur 30. q. 5. c. ſi quis fin. § inter fideles 28. q. Schurff. d. loco.

VII.

*Iuſta ex cauſa reſcinduntur & illa ſponſalia,* f. *quæ ſpreto neglectoq; patris conſenſu fiunt.* g.

f. arg. l. in poteſtate 10. de ſponſ. & Beuſt. de mat. c. 46.

g. D. Luth. in libel. von Eheſachen/ & Schneid. p. 1. n. 21. in fin.

VIII.

*Poſſunt autem contrahere Sponſalia qui & nuptias* h. *adhibito, tamen circa ætatem diſcrimine: quæ in contrahendis ſponſalibus ita definita non eſt uti in nuptijs* i. *Quare & impuberes id eſt maiores 7. annis, delatis vid. ad pubertatem ſeu diſcretionis annos, nuptijs, Sponſalia recte contrahunt.* k.

h. iuxta l. ab ea parte de probat. l. nec non iunct. gl. Ex quibus cauſ. mai.

i. in pr. Inſt. de nupt. c. 3. de deſp. impub. l. in ſponſalib. d. ſpons.

K. l. quæſitum 9. d. l. in ſponſalibus 14. Eod. c. literas 4. c. pen. c. ubi non e. c. acceſſit. 5. de ſponſ. Imp. c. fin. 30. q. 2. c. 1. Eod. t. in 6. Beuſt. d. lo. cap. 3.

IX.

*Olim Sponſalia per ſtipulationem & repromiſſionem fie-*

*fiebant mutuam hodiè ſicut etiam in nuptijs nudus conſenſus, l. tam eorum qui coniunguntur* m. *quam quorum ſunt in poteſtate* n. *ſufficit, qui declaratur coram inter præſentes, vel abſentes per epiſtolam,* o. *vel nuncium,* p. *vel procuratorem, ſpeciale mandatum habentem.* q.

l.l.4.l.7.l.ſponſalia· 11. h. t.l.nuptiæ de rit.nupt.Beuſt.c. 20. d.ſponſ.
m.d.l.ſponſalia l.ſi puellæ l.filio fam, 13.d.h.t.
n.d,l.in ſponſalibus & d. l.Sed ea quæ h.t.
o.l.fin d.ſpons.gl.in c.nec illud in ver.uxor.ſub fin.30.q.5.veniens.Qui cler. vel vovent quomodo per Epiſtolam probetur, vid.Coras.lib.3.cap.4.Miſc. Fel.in c ex parte n. 10.de.reſcript.Zaſ.Cons.2.3.4.5.vol.3.
P.l mulierem 5.de rit.nupt.d.l.fin.h.t.c.hornorantur 32.q.2.c.ex parte 14. de conv.coniug.Panor.in c.accedens de præben.Hoſt.in tit.de ſponſ. § qualiter contrahantur.
q.l.generali mandato de rit.nupt.c.ult. de proc.in 6. Beuſt.c. 5. de ſponſ.&c.43.de matr,Rota decis. 175.

X.

*Hinc furioſus cum conſentire nequeat* r. *Sponſalia, niſi per dilucida interualla ad ſaniorem mentem redierit, contrahere non poteſt.* s.

R.l.furioſi de R.I.l.Iulianus de divort.l. 2. § pen. de iur. codic.l.ubi non voce dr.R.I.l. 1. § furioſus de acquir.poſs.l.qui ſeruum in fin.de acquir hær § .præterea dr.inut.Stipul.l.49.de recep.arbir.
S.l patre furioſo de his qui ſunt ſui vel al.c. dilectus ibi gl.de ſponſ. arg.c.quamvis 7.q. 1.c.iudicans.3.q.9.l.Diuus de off.præſid.l.pen.C.de Cur. furioſ.gl.c.7.verb.ſcientia de ſponſ.l.furor.lit,l.16. § furor de rit.nupt.

XI.

*Ebrietas maior quæ ſepelit & adimit prorſus rationem mentis omnem ſponſalia reſcindit,* a, *niſi ſobrius factus ea ratificet* b: *Vitiant quoq; ſponſalia calor iracundiæ,* c. *Vis & metus qui in conſtantem virum cadit,* d. *etiam reverentialis.* e.

a.c.unusquisq; 22.q.4.c.ſane 15.q.1.Br.in l. perſpiciendum 11 § .delinquitur de pæn.Socun. Conſ. 47.lib.3.gl.Bl.Sal.in l.dolum C.de dol.Ripa in l. fin.C.de rev.donat.Dec.conſ. 112.Tiraq.de pæn.cauſ 6.n.8. Beuſt.de ſponſ. cap. 11.
b.arg.c.ad id quod 21.c.veniens de ſpons.
c.l.quicquid calore 49.de R.I.l.diuortium 3. de divort.
d.c.dilectus de his que vimet.cau.c.de muliere c.veniens c. eum locum & ibi gl. verb.metus de ſpons.gl.in l. ſi mulier.21. § ſi dos verb.ullam Quot met. cauſ.Phil.in tit.d. coniug.c.de conſenſu.Dd.in l. interpoſitas ubi Ias.n.4.c. d. tranſact.l.6. § fin.de acquir.hæred.Dec.in l. in omnibus n.3.de R.I.

e.c.ex literis de deſp.impub.e.accedens de conv. conjug. covar.lib.4. decret.p..2.c.3. § Sexto n.3.& ſeqq.l.ſi parte cogente iun.gl.de rit.nupt. gl.& ibi Can.c.4.de deſp.impub.

## XII.

*Concipiuntur etiam ſponſalia puré f. in diem ſub conditione honeſta, tamen neceſſaria & omnino extitura.*

f.Beuſt.de ſponſ.c.7.tot.tit.de cond.appoſ.ex c.fin.& ſim.de ſpons

## XIII.

*Voluntaria verò & cuius præexiſtentia à iure ad matrimonij ſubſtantiam requiritur differt ſponſalia, niſi acceſſerit carnalis copula.a.*

a.Kling. Inſt. de nupt. Beuſt.c. 38.de ſpons.Num v.hoc caſu ſit pœnitentiæ locus diſputat.Beuſt.contra Schneid.

## XIV.

*Inhoneſta verò turpis vel impoßibilis conditio pro non adiecta habetur,b.niſi ſit contra ſubſtantiam matrimonij,quià tunc contractum annihilat.c.*

b.l.ſi poſt diem verb.quia pro puro.Quand.dies leg.l.turpia 54.de leg.3. § ſi impoſsibilis Iuſt.de inut.Stip.l.7.& ibi Duar.& Cuiac.de.V.O.

c.c.fin.& ibi gl.verb.contra ſubſtantiam du, cond.appos. Schneid. de nupt.n,22.Beuſt.d.c.38.

## XV.

*Propter inimicitias etiam capitales ius Can: ſponſalia reſcindit,d.ne quid deterius inde enaſcatur, licet iure iurando fuerint confirmata,e.neq; cogendæ ſunt perſonæ contrahentes ut ſponſalia adimpleant.f.*

d.c.veniens de ſpons.c præterea eod.

e.c.2.c.requieſivit 17. d.t.

f.c.7.& ibi in gl.in verb.iudicio Eccleſ.de deſpon.impub.

## XVI.

*Soluunt etiam ſponſalia morbi contagioſi & incurabiles vel alia corporis vitia quæ deformitatem afferunt uti lepra morbus gallicus,Epilepticus, phreneticus,g. Item ſtuprum tam ex parte ſponſi quam ſponſæ interveniens.h. Error deniq; perſonæ quo ad faciem & nomen, error conditionis.*

g.c.fin.

g.c.fin.de coniug.ſepr.Beuſt.d. ſpon.c. 10.Beza in tr.dr.rep.pag.128. 131.& ſeqq.

h.c.quædam ubi Abb.& Canon.de iure iur.Beuſt. d. loc.

i.c.tua nos 26.de ſpon.c.per tot.29.q.1.Phil.de coniug.Pet.Mar in loc. com.Exp.2.loco 10.c. de diuort.

## XVII.

*Quanquam indecorum eſt vinculo pœnæ matrimonia quæ libera non coacta eſſe debent,* a. *conſtringi :* b. *Tamen ad contrahendum & retinendum certa lege pretioq; invitari contrahentes poſſe non ambigimus.* c.

a.d.c.gemma de ſpon.l.nec ab initio l.nec filium C.de nupt.l.2.& de inut. ſtip.fac.l.21.& 28. rit.nupt.

b.l.Titia & ibi Br.de V.O.Phil.in exam.de coniug.t.de deſpon. impub.per tex.l.fin.C.de ſponſ.l.3.in fin.de don.int.Vir.& Vx.

c.l.Titia de cond.& dem.l.2.C.de inſtit.& ſub.Ioach.Beuſt.de ſpon. c. 4.& 5.Cuiac.in l. 19.de V.D.ex l.vlt.§ ult.C.de ſpon.

## XVIII.

*Finis Sponſaliorum eſt ut nuptiæ quarum mentionem & repromiſsionem quoq; continent* d. *contrahantur, quas à nuptu h.e.opertione & velamento ſic appellatas exiſtimat Varro,* e. *propterea quod veteres Sponſas ad conſpectum ſponſi in ſignum pudoris & verecundiæ obnubere ſeu obvelare ſolerent.* f.

d.l.2. de. ſpon.

e.lib.4. de ling. lat.pag.20.

f.Gen.24.c.nec illud 30.q.5.

## XIX.

*Vnde definiuntur à Icto Modeſtino coniunctio maris & fœminæ, conſortium omnis vitæ, divini & humani iuris communicatio.* g.

g.l.1.de rit.nupt.Iuſt.de pat.pot. § 1.c.1.27.q.2.c.1.29.q. 1.fac.l.adverſus C.d.crim.expil.her hanc definitionem explicat eleganter Duar. h.t.

## XX.

*Matrimonium aliud eſt initiatum videlicet conſenſu, aliud conſumatum p. Carnali copula.*

c.2.de converſ.coniugi c.ſtatutum cum ſeq.27. q.2.

## XXI.

*Hinc exoritur quæſtio: An ſtatutum loquens de uxore circa dotis lucrum, quod marito decedente ei ſuperſtiti decernitur,* a. *etiam ad ſponſam nondum domum traductam,*

a. aut. præterea C. vnd. vir. & Vx.



vel

*vel carnaliter cognitam deſponſatam tamen de præſenti ſit extendendum? Et non extendi quidam affirmant ſerio* b. *Quam ſententiam tanquam duriorem alij contrarium aſtruentes meritò reprobarunt.* c.

b. per tex. l. ſi a ſponſo 16. C. de don. ant. nupt. Bl. Sal. Caſt. in l. C. 1 vnd. vir. & Vx. Sal. & Cyn. in l. cum inte ſimplicem 6. de don. ant. nu. Dec. cons. 540. n. 3. Panor. in c. ex publico 7. de con. coniug. Cui aſtipulatur & ius Sax. quod ingreſſum tori moritalis indiſtincte requirit Zob. gl. lat. lib. 1. art. 3. gl. lib. 3. art. 45. n. 6. & art. 77. Ideoq; in pleriſq; id genus ſtatutis plerumq; hæc addi fere ſolet clauſula: poſtquam aſcenderint nuptialem torum **Wenn ſie das Ehebet beſchritten.**

c. gl. in c. quemadmodum 24. verb. tenentur de iure iur. Alex. Caſt. in l. 1. C. vnd. vir. & Vx. Ang. tr. maleſi. verb. adulterauit n. 16. fac. l. nuptias de R. I. l. donationes de donat. l. cum tabulis § 1. Quib. ut indig. Tiraq. de ll. connub. leg. 15. n. 22. B. 2. l. nihil rerum amot. l. cum fuerit de cond. & demon Schurff. cons. 9. ut in præſenti cent. 3. Laurent. Kirch. commun. opin. lib. 4. concl. 46. Gail. lib. 2. pract. obs. c. 80. Cuiac. nov. 22. Duar. n. 2. de nupt. Myns. cent. 6. obs. 78.

## XXII.

*Conſentire autem in iuſtas nuptias & contrahere poſſunt cives Romani, mares quidem puberes fæmina v. viri potentes:* a. *adeo ut, fœmina minor annis duodecim nupta tunc demum legitima uxor dicatur, ſi apud virum integros duodecim annos expleuit.* b. *Et hæc iuris ſunt civilis. Ius. v. Canon. ex coëundi & generandi potentia pubertatem dijudicandam cenſet.*

a. Imp. in pr. Inſt. de nupt.

b. l. minorem. 4. de rit. nupt. l. quæſitum eſt 9. de ſpon. ibi Bud. & Alc. lib. 12. parerg. c. 7. l. cum hic ſtatus 32. § ſi quis ſponſam 20. de Don. int. vir. & vx. l. Sancimus C. de nupt. c. 2. de deſp. impub.

c. c. 3. de deſp. impub. Beuſt. c. 4. de ſponſ. c. de illis cod.

## XXIII.

*Circa hoc requiſitum quæritur: An pubes contrahens cum impubere teneatur expectare donec alter ad iuſtam & legitimam ætatem pervenerit. Et non teneri verius eſt niſi Carnalis copula acceſſerit.*

c. is qui fidem de ſponſ. Nam deſponſationes impuberum habent affectum ſponſaliorum de futuro ubi pœnitere re adhuc integra licet c. fin. cum ibi not. de deſp. impub. c. 2. de ſpon. Beuſt. de Spons. c. 3.

## XXIV.

*Debent autem liberi neceſſario iuris divini,* a. *Natura-*

*lis*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0012-7

*lis, Canonici,* c. *licet communiter Dd. contradicant,* d. *& civilis* e. *authoritate conſenſum adhibere parentum ,* f. *qui adeo neceſſarius* g. *eſt ut velut authoritas & iuſſum præcedere debeat.* h.

a. Exod. 20. & 22. Num, 30. Hiſtoria Abraham Tobiæ, Samſonis Iud. c. 14. Collos. 3. 1. ad Cor. 7.

b. quod teſtantur Ethnicorum exempla Achil. apud Hom. l. had. 9. Euicus illo ap. Eurip. in Andromach docent id comœd. Terent. & Plaut.

c. c. aliter. c. noſtrates c qualis 30 q. 3 c. non omnis c. honorantur 32 q. 2 c. cum locum c. hor. tantum c. ſufficiat 27. q. 2.

d. Dec, in l. nuptias dr. R. I.

e. l. 2 de rit. nupt. in pr. Iuſt. dr. nup. l. Paulus deſt. hom. l. ſi ut proponis l. 2 C de nupt. Coras l. 1 Miſc. cap. 17 & lib. c. 7. c. 29 Beuſt. c. 45 de matrim.

f. Etiam matris patre mortuo l. in coniunctione C dr. nupt. Tob. 4 fac. l. furioſæ de Cur fur, l. parentis de in ius voc.

g. l. 2 l. ſi pater l. ſi nepos de rit. nupt. l. vlt. § oport. C. dr. rap. Virg. l. nec filium l. ſe ut proponis C dr nupt.

h. Imp Iuſt. de nupt. in pr.

## XXV.

*Quare etiam parens filijs ſine ſuo conſenſu matrimonium ineuntibus ſecundum ſtrictam iuris rationem denegare dotem,* a. *exhæredare* b. *ſi uidelicet turpem propudioſam & criminoſam duxerit, quia ea res ad infamiam & dedecus totius familiæ pertinet.* c. *Auſteri tamen & rigidi parentes bene concordantia matrimonia, præſertim re non amplius ſalua & integra exiſtente iure patriæ poteſtatis turbare non debent.*

a. § ſi aduerſus Iuſt. de nupt. gl. in c. de raptoribus 36 q. 1 Ioan Andr. Card. in c. accedens de procurat.

b. auth. ſed ſi poſt C de inoff teſt Nov. 1 15 c. 3 l 3 § ſi emancipatus de poſ. cont tab Bl. in l. nec filium C de nupt. & l ſi pr. C de ſponſ. Br. l edicimus C. de munleg. lib 11 l libertus ibi Br. C de nupt Dec. in l nuptias dr. R l gl. in l. Sed ea d. ſponſ Bu:ac lib 3 obs cap. 3.

c. d l 1 § fin. de lib exhib. Paul. lib 2. Sent c 20. Beuſt c. 46 § ſecundo autem fol 213 de matr.

## XXVI.

*Duplex eſt probibitionis quo ad cognationem genus videlicet aſcendentium & deſcendentium & collateralium. Inter aſcendentes & deſcendentes nuptiæ in infinitum ſunt prohibitæ. Et huiusmodi nuptiæ contractæ dicuntur nefariæ, inceſtæ de iure gentium, neq; filijs ex tali procreatis coitu damnabili de iure civili debentur alimenta,* d. *Quod tamen æquitas poſt modum correxit Canonica.* e.

d. § fin. auth. Quib mod naturales eff. leg auth. ex complexu C de inceſt nupt. e. c cum haberet & ibi CC de eo qui dux in Vx. quam poll Br in d auth. ex complexu Abb in d c cum haberet.



Inter

## XXVII.

*Inter perſonas quoq; quæ ex tranſverſo gradu nobis coniunguntur hoc obſeruari ſolet. Inter fratrem enim & ſororem ſive conſanguineam ſive uterinam eiusq́; filiam, neptem & proneptem nuptiæ non permittuntur. Item amitam, amitam magnam, materteram materteram magnam.* a. *Et hæ nuptiæ dicuntur inceſtæ civiles* b. *ſive inutiles in quibus pœna arbitraria locum habet.*

a. § inter eas quoq; § fratris vero Iuſt de nup. l. ſoror de rit nu Cuiac. lib 16. obs c.37 l. ſi neptem de rit.nup. § item amitam d. nupt.

b. Hæc diſtinctio fundatur in l ſororis 39 l. fin de rit nupt l. ſi adulterium 38 § 1 Ad l Iul de adul approbat hanc Cuiac. in l.auxilium § utiq; atrocioribus de Minor. & eleganter in parat C. de inceſt nupt & lib 16 ob c 37. & in nov 12.

## XXIIX.

*Duorum fratrum vel ſororum liberi vel fratris & ſororis iure diuino* c *& civili quo in quarto ſunt gradu rectè coniungi poſſunt.* a.

c. Leuit c. 18.

a. § Duorum autem Iuſt de nup. l. Lucius 78 § filiam ad Treb l 3 de rit nupt in celebrandis C de nupt.

## XXIX.

*Iure tamen pontificio cui in ſpirituali hac cauſa potius eſt adhærendum,* b. *duorum fratrum filij, cum in ſecundo ſint gradu copulari minimè poſſunt, ſed ad quartum gradum incluſivè hodiè excluſivè prohibentur coniugia,* c. *Iure Brandeburgico uſq; ad tertium gradum eſt prohibitum.*

b. iuxta doctr. Can in c. 1 & 2 de nov op. nunc. Caſtr in auth at qui ſemel C. de probat.

c. c. 1 & pen de conſangu & affin c. dormierit cum ſimilibus 27 q. 2.

## XXX.

*Sic etiam affinitatis veneratione à quarundam nuptijs abſtinere neceſſe eſt quod idem dupliciter evenit: Nam inter aſcendentes & deſcendentes nuptiæ in infinitum ſunt prohibitæ:* d. *Ita ut pater non poßit ducere nurum id eſt filij uxorem, neq; filius novercam. Nec vitricus privignam aut neptem ex priuigno.* e.

d. § affinitates Iuſt h t l ſi qua mihi 12 de rit nupt. l. adoptiuus § 3 eod l 4 § 5 de grad l. nuptiæ de rit. nupt l. quia parentes ſol matr Beuſt c 51 de matr.

e. l non facile § hos itaq; de gra. aff l. adoptionis § nunc videam. d. rit nupt. l. uxore eod gl in c literas verb. diuina lege de reſt. ſpoliat.

## XXXI.

*Collateralium etiam quædam eſt prohibitio, perſonæ namq́; quæ cauſam dant affinitati ex qualicunq; coitu* a. *& cognat-*

a. gl. in c diſcretionem verb. nec affinitas de co-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0014-8

*Cognati harum perſonarum non coniunguntur: Vt de iure civili fratris coniux, Soror uxoris non poſſunt matrimonium contrahere* b. *Verum iure Can. hodiê primum gen⁹ affinitatis eandem prohibitionis habet rationem quam cognatio, non etiam ſecundum & tertium.* c.

qui cog. conſan. Vx, c. pen eod. arg. nec eam 55. q. 3 VVeſ in parat dr. grad. in fin.

b. l. fratris l fin C d. inceſt nupt Beuſt de matr c. 51 Hemming de coniug. Phil. Licet Lutherus in initio repurgatæ dr. aliter ſenſerit in lib. cui tit Vom Ehelichen Leben Anno 1522. publicato.

c. c. non debet de conſan. & affin. Gemin in c. Vn § quare n 3 de ſponſ. lib 6 Schneid in arb affin fol. 48 & ſeqq. gl. & Dd. in c pen & ult de conſang.

## XXXII.

*Hinc vitricus priuigni ſui relictam viduam in uxorem ducere non prohibetur* d. *licet ius ciuile, teneat contrarium* e.

d. c. non debet d. conſan & aff Beuſt. tract. d. mat c. 53.

e. l. uxorem de rit nupt l. non facile § hos itaq; de grad. § affinitatis de nup.

## XXXIII.

*Pari rationi & de relicta vidua fratris defunctæ ſuæ uxoris* Seines verſtorbenen Weibes Brudern Widwe *dicendum eſt.*

Beuſt dict. loco.

## XXXIV.

*Publica etiam honeſtas nonnihil impedimento eſt nuptijs, cum non tantum id quod licet, ſed & quod honeſtum eſt ſpectari & attendi maximè debeat.* a. *Vnde ſponſam filij quis aut fratris demortui uxorem ducere non poteſt.* b.

a. § ſi uxor de nupt. l ſemper de rit nupt. l ſemp. dr. R, l.

b. d. § ſi uxor l. ſi qua mihi & l. adoptiuus dr. rit. nupt c. ſponſam alterius c. ad audientiam de ſponſ. Beuſt de matrim fol. 51.

## XXXV.

*Adverſatur ulterius matrimonio infidelitas igitur infidelium cum fidelibus nuptiæ tam iure civili* a. *quam Canonico* b. *ſunt interdictæ.*

a. l. ſi legibus 16 C. de Epiſcop. aud. l ne quis Chriſtianam d. c. de iudæ & cælicol.

b. c caue cum c. ſeqq. 28 q. 1 c 2 de c. illa l quanto cum ſeqq. de divort c ult. de conv coniug. Beuſt de matr. c 37. Pet Martyr in loc com. clas 2 tit de divort.

## XXXVI.

*Dirimitur Coniugium morte naturali.* c. *Et quanquam mulier intra annum luctus nubere ſub pœna legalis infamiæ prohibeatur.* d. *Pontifices tamen id poſtea antiquarunt.* e.

c. l 1 de divort.

d. l. liberorum de his qui not infa l 1 C de ſecundis nupt. l decreto 15 C. qui not. inf. idq; propter turbationem ſanguinis d l liberorum ne ſtirpes & fa-

militiæ confundantur ſi ſtatim a morte primi meriti ad ſecunda tranſiret vota mulier. VVes in par de his qui not.

e c.ult & pen.& ibi Innoc & Dd.de ſecundis nupt.gl d l.liberorum verb. collocare ubi etiam.Br.n 2 Bl & alii in d.l. 1. C d ſecund.nup.

## XXXVII.

*Adulterio tam de iure diuino f. quam Canonico g. & civili. h.*

f. Matt. 5 & 19.

h. l conſenſu § ſi qua igitur C. de repud.

g. tex in c ſignificaſti &c. ex literis de divort c dixit dominus cum aliquot ſeqq. 32 q. 1 c diſcretionem § nam etſi de eo qui cog. conſan c. Apoſtolus c. fieri poteſt 32 .7 c non ſatis 34 q. 1.

## XXXVIII.

*Sed eo caſu facto divortio an parti innocenti ad regreſſus ſecũda vota, in vivis adhuc exiſtẽte adultera permitti debeat ab utraq; parte diſceptatur. Nos reiecta Canoniſtarum Sententia negatiua, a. affirmatiuæ ſubſcribimus.*

a. c. 1 cum ſeqq. 32 q. 7. c. quod Deut 33. q. 2. c. in fin. de divort & centura alia c de coniugi lepr. c ult de conv. cõiug.

b. l. conſenſu § virum C de repud Orig. in Matt. hom. 7. Tertul. lib. 4. in Marcum Amb. in 1 Cor. 7. Beza in lib. de diuort. ubi ad amuſsim ſatisfacit & egregie refutat Can. Beuſt de matr c. 24 VVeſ. in parat de divor & repud.

## XXXIX.

*Separatur coniugium & coeundi impotentia quanquam hoc caſu non tam diſſoluitur quam nullum eſſe aut nunquam fuiſſe contractum pronuncietur.*

l ſicut § ſed ſi ſi ſerv vid. l nam etſi de iniuſt rup. iur l decem de V. C. Beuſt. tr de mat c 14 Kling t. or nupt cap de diuort n. 6. VVes in par de diuor l in c uſis C eod. tot tit de frig & malefic.

## XL.

*Sic ſi Coniux capitali odio proſequatur coniugem, vel veneno aliove modo vitæ continuas ſtruat inſidias, ſit etiam ſeparatio domeſtica inter maritum & coniugem ad certum tempus propter reconciliationem.*

c. 1 & 2 de Divor Schurff. conſ 42 Cent 1 l conſenſu uti Legiſtæ C de rep c. literas in fin. c. ex tranſmiſſa & ibi panor. de reſt. Spol. Beſt. de matr. d c.

## XLI.

*De grauiſsimo illo qualitatis errore videlicet quãdo cõpreſſa & vitiata ab alio pro virgine ducitur, quæſtionis eſt, an is matrimonij vinculum, cum nulla ſperanda eſt recõciliatio, poſſit diſſoluere. Atq; ex iure divino, a. civilibus rationibus, b. omniumq; hodiè Theologorum ſaniorum conſenſu, c. contra ſtrictam iuris Canonici authoritatem benè poſſe obtinuit.*

a. Deut 22 gl in c ſatis in verb. lapidaretur 33. q. 5.

b. fac l ex emto § ſi quis virginem d act Emt. & ita expreſſe cautum eſt a Leone Imp. in ſuis Nov. conſt 93.

c. Luth

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0016-9

c. Luth in lib de caus matrim. Phil in loco de coniug. Beza in lib. d. repud. fol. 100. VVigan. de divort tit. d ſpons ſtupra.

Nec obſtant rationes adductæ in contrarium 1. Quod ut ſponſa ex cauſa pudoris amiſsi non poteſt repudiare ſponſum ita & contra. Sciendum enim eſt hac in parte diſtinctionē eſſe inter mares & fæminas quæ proſtrata pudicitia ipſo iure ſunt turpes per l. palam § fin. l. ſenatoris filia d. rit. nupt. ſecus in maribus niſi per ſententiam publice ſint damnati gl. in l. & ſi crimine & adult. VVes in par. de his qui not. inf. n. 5. Et ideo cum hæc in viris non ſint perſpicua quā in virgine & probatu difficiliora apparet eam argumentationem vix procedere. Deinde neq; hic torquendus eſt tit. Quod quisq; iuris. Nam ibi coercet dolum & latam culpam quæ pro dolo ſit iudicis iniquum decernentis etiamſi nullus poſtulaverit. Neq; hoc conceditur ſponſam nō poſſe ob fornicationē repudiare ſponſum imo contrarium verius c. quemadmodum ibi Dd. de iure iur. arg. l. propter C. de adult. quia nec matrimonium nec ſpem matrimonii violare eſt permiſſum l. ſi vxor § Divus d. adult. Quamq; ſane legis Iuliæ ratio ad mulierem non ſpectet ut d. in l. 1 cod de adult. Gell. lib 10. c. 23. Tamē hoc per auth. Sed novo iure & nov. 117. videtur correctum ita ut propter tori violationem mulier æque atq; vir vel iniuriarum vel ad eiuſdem tori ſeparationem recte agere poſsit l. conſenſu § C de repud. Dd. in c. 1. de adult. Salic. & Dd. in d. auth. ſed novo iure. Carolus V. in der peinlich halsgericht ordnung. c. 120. 2. 2. Non eſſe minores labes animi quam corporis: nihilminus tamen fieri divortium conceditur. Sed a diſparatis male fit illatio. Nam iſtas animi mali labes indies ſalutari ut par eſt remedio quis corrigi & emendari non poſſe ibit inficias. At maculam iſtam corpori inuſtam nemo unquam eluet mortalium. Quod enim factum infectum reddi non poteſt. l. in bello 12. § facti de capt. & poſtlim. revers. Et certe ibi non error ſimplicis qualitatis eſt ſed potius error ſubſtantialis qualitatis ubi expreſſe cautum eſt a Leone Nup. Conſt. 93. 3. Etſi reiicitur hæc conditio ut inhoneſta duco te ſi invenero Virginem. a Tamen ſi invenirem meretricem repudiarem iure quia conditio illa tacite ineſt

4. Nec obſtat quod ex l. qui cum alio de R. I. adducitur id in negotiationibus & cæteris contractibus verum eſt ubi facili negotio ſciri poteſt præterea an perſona qua cum contractus celebratur ita ſit habilis & qualificata ut contractus ſubſiſtere poſsit ſin ſecus ſibi imputet. At in virgine an virginitatis perpeſſa ſit labem non ſtatim hoc eſt manifeſtum & cum ſunt & præſumantur caſtæ quis tam audax & perfrictæ eſſet frontis eam inquirere conditionem? Tum iuſta etiam facta ignorantia excuſationem meretur l. 2. d. iur. & facti ignorantia excuſationem meretur l. 2. d. iur. & fac. ign. l. ult. pro ſoc. Nam cum clam alio ſe adiunxit nemo id factum ſcire poteſt præter perſonas flagitium perpetrantes. 5. Ad § fin. l. ſi vxor ad. adult. quod attinet illa ſi recte inſpiciatur huic nihil contrariatur ſententiæ confirmat eam potius præcedentia enim quæ in ſimili dicuntur ſequentia declarant cum alias clauſula in fine apposita ad capitula præcedentia omnia refertur l. talis ſcriptura § fin. de leg. 1. l. 7 § in fin. C. de lib. præt. ibi n. ſciens vitiatā & repudiatam a ſe adducit nos de ignorante loquimur.

Accedit & dolus qui cum ab omni contractu bonæ fidei abeſſe debeat, illum tollit & annihilat l. & eleganter de dol. c. tua in fin. de ſpons. qui hic apertiſsime ab improba muliere ſe ab alio compreſſam non neſcia committitur E.

## XLII.

*Sic propter mariti abſentiam etiam longam non diſſoluitur matrimonium, nec poteſt mulier ad ſecunda vota tranſire niſi prius fuerit de eius morte certificata. Et ſi forſan contraxit cum alio de facto, ſi vir primus poſtea redierit ad illum redire mulier debet. b.*

a. c. quoniam frequenter § porro vt lit. non cont. mors autem viri quomodo probetur unde poſsit certa reddi uxor arbitrio iudicis relinquitur Didac. § 3 2. p. c. 7. n. 3. quod ex pluribus notis tamen debet inſtrui per gl. & Dd. in l. ſiquidem C. ſol. matr. Alex. conſ. 4. n. 15. lib. 2. Dd. in l. 2. C. d. repud. in auth. hodie C. eod. in § quod autem auth. ut lic. mat. vel av. l. uxor C. de repud. Fer. in pr. verb. matrimonium n 21 in for. lib. Quo uxor agit ad dotem.

b. c. cum per bellicam 34. q. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0017-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0018-0

ULB Halle 3
003 254 984
Sb.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0019-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0020-1

THESES.

DISPVTATIONIS III.

# DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

Quas

D. O. M.

Sub DANIELIS SCHEDII

præſidio

Defendere conabitur

GABRIEL CHEMNITIVS

Berolinenſis.

FRANCOFVRTI

Typis Eichornianis.

ANNO 1593.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-214641-p0021-7